AUGUSTINUS
Admont, 12. Jh.
Seite 13r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift



13

rificatione sua respondit. Sedere ad dexteram aut ad sinistram meam non est
meum dare uobis; quibus paratum est a patre meo. Quid autem paratum est a patre
eius. et ab ipso filio paratum est. quia ipse et pater unum sunt. Iam enim ostendimus
in hac tractatione per multos locutionum modos diuinarum. de singulis
dici quod omnium est. propter inseparabilem operationem unius eiusdemque substantiae.
sic et de spiritu sancto dicit cum ego iero mittam illum ad uos. Non dixit mittam
sed ita quasi tantum filius eum missurus esset non et pater. cum alio loco dicat. Hec
locutus sum uobis apud uos manens. aduocatus autem ille spiritus sanctus quem mittet
pater in nomine meo ille uobis declarabit omnia. Hic rursus ita dictum est quasi
non eum missurus esset filius sed tantum pater. Sic enim ista ita et illud quod ait sed quibus
paratum est a patre meo. cum patre se intellegi uoluit parare sedes
glie quibus uellet. Sed dicit alius quis. Illic cum de spiritu sancto loqueretur ita se missu
rum ait ut non negaret patrem missurum. et alio loco ita patrem ut non
negaret se missurum. Hic autem aperte ait non est meum dare. atque ita secutus
a patre dixit ista preparata. Sed hoc est quod prestruximus secundum formam seruii
dictum. ut ita intelligeremus non est meum dare acsi diceret non est humane
potestatis hoc dare. ut per illud intellegatur hoc dare per quod dis et equalis est
patri. Non est meum inquit dare. id est non humana potestate ista do. sed quibus
paratum est a patre meo. Sed iam tu intellege quia si omnia quecumque habet pater mea sunt. et
hoc utique meum est. et cum patre ista parauit. Nam et illud quoque quomodo dictum est
siquis non audiit uerba mea ego non iudicabo illum. fortassis enim ita hic
dixit ego non iudicabo illum. quemadmodum ibi non est meum dare. Sed quid hic
sequitur. Non enim ueni ut iudicem mundum sed ut saluum faciam mundum.
Deinde adiungit et dicit. Qui me spernit et non accipit uerba mea habet qui se iudi
cet. Hic iam intelligeremus patrem non adiungeret et diceret. Verbum quod lo
cutus sum ipsum iudicabit illum in nouissima die. Quid igitur. Iam nec filius iu
dicabit quia dixit ego non iudicabo illum. nec pater sed uerbum quod locutus est filius.